

1623 & 20. Novembris

Ex Ms. Bibl. Lat. no 398

379

Copia literarum Bethem gabor ad Castel-
lanum Sacovien. Ducem in Zbaraz.

Gabriel Dei gratia Sacri Rom. Imperij et
Transylvan. Princeps, partium Regni Hungar.
Dnūs, Siquidum Comes et Oppolium Ratibo-
rumque Dux.

Illre Dne vicine, nobis benevole. Non intermit-
tendum arbitrati sumus, quin pro singulari nro
erga Dm vim affectu, eandem de rerum nostras
statu certiore reddere vellemus. Cui significan-
dum etiam dudimus, nos etsi paucis ante
mensibus invit, planeque ultima necessitate
adducti necessarium bellum coacti suscipere fu-
rimus, quod licet feliciter etiam Deo propitio
gesserimus, ulteriusque continuandi, opportunissi-
mas occasiones, et media artificissima, habuerimus
tamen ante omnia pietate erga Ddum moti
gravissimasque immodice plebis calamitates mi-
serati, et sanguinis Christiani effusioni, ulte-
rius parere volentes, arma nra cohibuimus,
atq; cum Sacri Cas. mltō medio Alis et Mōssi
Regni Hungaricę Comitib; Salatinis certi tem-
poris inducias conclusimus, cum universo exerci-
tu in ditiones nostras supremę Hungaricę pro-
podtem reversuri, quarum induciarum pacta cum
inclusis Dō: transmissimus. Et si suam mltō
Svariam, iuxta pacta Serenissm; Regem Po-
lonicę, quam primum requisituram sciamus, ta-
men ut prius certior de his reddita, statum hu-
jus rei intelligat, eandem de his benevole edo-
cendum voluimus. Cum precipue pro certo intelli-
gamus quosdam epe, qui aliquorum persuasio-
nibus inducti e Regno Polonicę hostili animo
in ditiones nras erumpere velint, idque tenta-
re, ut aretissima inter utrasque gentes fœde-
ris jura convellant, qua de re eam hortamur

ut pro suo

ut pro suo erga nos candore memor praesertim
antiquissima ejus que inclite Reip: Soli cum
gente nra, sanctaque memoriae Principibus pre-
decessoribus nris intercesserit, ne assiludini quo-
id agat, ut eorum conatus inhibeantur, nec absque
omni causa majori alicujus offensionis, que
maturas pernicies, cum gravissimis cladibus eru-
ptura esset, causa prebeatur. Cum praesertim
sincerissimum nrum erga Sm Regem incli-
tamque Reip: Tolonam affectum, uti omni
occasione ante hac etiam, declarandum haud
intermisimus, ita impofterum quoque eadem vo-
luntate illud continuandum in animo habea-
mus, que cum ne utiquam ulla praesertim
interveniente causa fieri posse, merito spera-
mus, ita D. Uon. Glim, propter mutuas pacis
commoda, sanctissima quoque federis vincula, et
Christianarum gentium tranquillitatem, publice
paci haud defuturam, confidimus. Cui de ce-
tero omnia propensae voluntatis nostrae, be-
neque vicinitatis symbola deferentes omnes
etiam incolumitatem exoptamus. 28 Julii 1623 anno.